



**EXIMI-//VM PLANEQVE DIVI-//NVM OPVS  
INCOMPARABILIS// Theologi Dionysij, professione  
Car//thusiani, in quo opere contine[n]tur// quinque  
humanae uitae specu//la**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1540**

Specvlo/ ru[m] status uitæ humanæ, qui dicit speculu[m]. siue stimulus  
pœnitentiæ. Lib. V.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55481](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55481)

peccatis plangere & poenitens crebrius obsecra-  
 re, aut ibi in ignem eternū sine aliqua utilitate de/  
 flere. In hoc enim breui tempore per poenitē tiam  
 & lachrymas, indulgentiam & consolationē me-  
 reris. Plange ergo hic modicum p̄dilectissime,  
 ut ne plangas in secula seculorum. Humiliare hic  
 ne ibi humiliaris in exterioribus tenebris, & mit-  
 taris in ignem inextinguibilem. Beatus ille q̄ hic  
 positus, festinauerit in die iudicij dignus inueniri.  
 Miserabilis uero q̄ peccando indignum se a glo-  
 ria domini constituetit. In illa hora nubes rapiunt  
 omnes sanctos sursum in celum, impios autē dia-  
 boli rapiunt mittere in caminum ignis ardentis.  
 Quis dabit capiti meo aquam immensam, & o/  
 culis meis fontem lachrymarum iugiter emanan-  
 tem, ut plorē memetipsum die ac nocte obsecrās  
 dominum ne indignus inueniar in hora illa aduen-  
 tus eius. Et ne audiam illam sententiam formidā-  
 dam. Discede a me operarie iniquitatis, nescio te q̄s-  
 sis. Quod a nobis auertat Iesus dñs noster, qui ui-  
 uit & regnat eternaliter. Amen.

FINIS.

# SPECVLO,

rū status uitæ humanæ, qui dicit̄ speculū,  
 siue stimulus poenitentiae. Lib. V.

## SPECVLVM

### ¶ Stimulus siue adhortatio, ad pœnitentiam. Cap. I.

Sapi. 1 1.

Chri bñfi  
ciorum et  
nr̄e ingra  
titudinis  
collatio.

**I**am ad ultimum, scilicet ad stimulum pœnitentię, in primo huius totalis libri prologo propositum spiritu Iesu operante manum mit tens, accipio fundamento & loco thematis illud quod scribit Sapiens: Dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Circa materiam de pœnitentia noranda sunt quatuor, scilicet quatuor sunt pœnitentię incitamenta, quatuor pœnitentię impedimenta, quatuor pœnitentię documenta, & quatuor pœnitentię emolumenta. Quatuor pœnitentię incitamenta sunt ista, amor Christi quem offendimus, dolor pro gratia quam amisimus, horror pœnitentię quam incurrimus, & timor mortis ad quem decurrimus. Inter hæc quatuor primum incitamentum ad pœnitendum est amor Christi, quem offendimus. Si enim Christi beneficia cogitemus, & nostram ingratitude[m] ponderemus, non est dubium quin si usum rationis habemus, occasionem pœnitentię sentiamus. Scribuntur naturales, quod harpocrea avis est habens faciem quasi hominis. Sed est avis multum crudelis et serox, in tantum, quod interdum fame stimulante hominem inuadit & occidit. Si intuens ad aquam uolat ut bibat, ubi faciem suam intuens & sibi similem semper occidisse recolligens, tanto dolore compatitur, quod exinde quando que moritur. Quid igitur nos ratione uigentes sa

eiemus, quando dominum nostrum & fratrem nostrum Christum quem nostra interfuit nos occidisse cognoscimus. Hoc autem uidemus expresse, cum uerbum dei audimus, uel deuota sanctorum scripta legimus. Et quicumque non poenitet de peccatis ista recogitans, non est perfecte Christianus nec euangelio Christi credit. Et ideo signanter dicitur Marci. 1. Poenitemini & credite. Secundum incitamentum est dolor pro gratia quam amisimus. Efficimur enim per culpam de filiis dei filij diaboli, de familiaribus & amicis Christi, hostes & perditores & emuli, & de regni celestis heredibus sumus exules & proscripti. In libro de naturis rerum dicitur, quod sit quedam auis que uocatur auis paradisi, que propter insignem pulchritudinem sic uocatur. Sunt enim penne eius auis adeo pulchre & mirabiles, quod nullus color eis deesse credatur. Vox eius est ita dulcis & pia, quod possit in homine deuotionem & gaudium excitare. Hec auis si capta fuerit & illaqueata, irremediabiliter plangit & gemit, nec unquam plangere desinit, donec reddita fuerit libertati. Moraliter auis ista est figura & exemplum anime Christiane. Hec anima quando est in gratia est auis pulcherrima, quia in ea relucet imago trinitatis naturaliter sibi impressa. Imago, inquam, decorata uirtutibus & gratia, ut nihil sibi desit, quin sit dei figura & patrie celestis incola gratiosa. Ista illaqueatur & capitur in laqueo demonis, quando peccat. Quid ergo restat ei facere, nisi plan

## SPECVLVM.

- gere & plorare, flere & dolere, & incessantē pe-  
nitere, donec per gratiam reconciliationis in statu  
pristinum reducatur, & de bufone diaboli sta-  
denuo auis paradisi. Sic plāxit & genuit sanctus  
latro, iuxta Christū suspensus, donec a fonte gra-  
tię, Christo a q̄ plenarium omnium peccatorum  
suorum remissidē & gratiam obtinuit, audiuit  
**Luc. 23.** Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.  
Et ideo bene dicitur Matth. 7. Pœnitentię ap-  
te, appropinquabit enim regnum cœlorum. Ter-  
tium incitamentum pœnitentię est horror pœni-  
tium incitamentum pœnitentię est horror pœni-  
incurrimus. Istum horrorem satis sibi imprel-  
**Iob. 10.** rat sanctus Iob, quando dixit. Dimitte me ergo  
ut plangam paululum dolorem meum antequam  
dam & non reuertar ad terram tenebrarum  
**Heb. 10.** & opertam mortis caligine, terrā miserię & tene-  
brarum, ubi nullus ordo sed sempiternus hor-  
ror inhabitat. Et Apostolus ad Hebręos. Horri-  
dum est incidere in manus dei uiuentis. Vnde be-  
tus Grego. ingt. Horrendo mō fit miseris mors  
sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, &  
& mors semper uiuit, & finis semper incipit, &  
deficere defectus nescit, mors perimit & nemo  
tinguit, dolor cruciat, sed pauorem non fugat, ma-  
ma comburit sed tenebras non excutit. Hęc Grego.  
**6. Mora.** go. Istud pœnitentię incitamentum multos mouet,  
quia sic a timore pœnię qui est timor seruilis & in-  
tialis gignitur timor filialis, sicut seta p̄gcedit.

lum secundum August. Et sic incepit Iohannes baptista predicare Iudæis, Phariseis ac Saduceis dicens: Progenies uiperarum quis uobis demonstrabit fugere auetura ira? Facite ergo fructum dignum poenitentie. Matthæi, 3. Quartum incitamentum poenitentie est timor mortis qua ad poenam transcurrimus. Hec enim ratio est secundum beatum Grego. quare deus diem mortis nostre nobis incertum esse uoluit, ut dum semper ignorat semper proximus esse credatur, & ideo semper parati inueniamur. 1 2. Moral Poenitentia autem post mortem est impossibilis, quia homo in morte desinit esse uiator. Poenitentia prope mortem est ualde difficilis, tum quia dolor languoris corporis occupat totaliter uires mentis, & cum homo tantum unicum cor habeat non habet pro tunc ubi dolorem pro culpa producat, tum quia homo tunc non potest esse certus an doleat pro peccato suo ductus timore an ductus amore. Vnde beatus August. in quodam sermone & ponitur in canone de poenitentia dis. 2. Quando morbus urget & poena terret, ad ueram uix quis ueniet satisfactionem, maxime cum filij qui illicite dilexerat sint presentes, uxor & mundus ad se uocent, multos enim solet serotina poenitentia decipere. Hec August. Quando enim persona nobilis infirmatur grauiter, uix inuenitur aliquis qui de anime sue salute audiat sibi loqui. Executores sollicitantur circa diuitias & the

## SPECVLVM.

Ecci, 2.

sauros, medici circa corporis medicinam, uxor filij & amici contra conscientiam, consolantur infirmum mentientes, & sic miser non permittitur de peccatis suis cogitare, nec animę suę statũ salubriter ordinare, & sic iusto dei iudicio se dānatiōni exponit. Vnde Ecclesiasticus. Si pœnitentiam egerimus incidemus in manus dei, & non in manus hominum. In manus hominum incidimus si sacramentum pœnitentię debito modo suscipimus. Sed in manus dei incidimus, qñ post mortē tempus sacramentorum transimus.

### De impedimentis pœnitentię. Caput II.

**S**ecundo dicebam, q̄ quatuor sunt pœnitentię impedimenta, uidelicet pudor propalandi, timor recidiuandi, ardor delectandi, torpor prestolandi. Primo ergo uolenti efficaciter pœnitere obijcit pudor q̄ homo confunditur alteri hominum reuelare illud quod solum notum est deo & angelo & dēmonibus, & forte multis sanctis animabus & peccāti. Et iste pudor est primus armiger, quem diabolus mittit cōtra uolentem salubriter pœnitere. Vnde qdam sanctus uidit diabolum inter pœnitentes incedere & facientem eos erubescere in ecclesia, dum pararent se ad confessionem. Qui adiuratus a qdam sancto & interrogatus, qd inter eos pœnitentes taceret

Respondit. Reddo qđ abstuli, uerecundiam eis ab-  
 stuli quando peccauerūt & modo eam ipsis resti-  
 tuo, ne possint confiteri. Sicut enim lupus ouem  
 per guttur accipit non per pedem & uulpes galli-  
 nam, ita diabolus guttur peccatoris cōstringit pu-  
 dore. Vnde beatus August. in psal. O homo qđ ti-  
 mes confiteri? Illud qđ per cōfessionem scio, mi-  
 nus scio, q̄ illud quod nescio. Cur confiteri erube-  
 scis peccata tua peccator, sicut tu homo sum, hu-  
 manum apud me: nihil alienum, cōfitetur homo  
 homini, homo peccator homini peccatori, elige  
 qđ uis. Si non confessus lates, inconfessus damna-  
 beris, ad hoc deus exigit confessionem ut liberet  
 hominem, ad hoc damnat non confitentem ut pu-  
 niat superbum. Secundum pœnitentię impedimen-  
 tum est timor recidiuandi, & iste est secundus ar-  
 miger, quem diabolus mittit statim contra pœni-  
 tere uolentem. Quomodo, inquit, pponis tu sem-  
 per de cetero a peccatis abstinere, poteris imperpe-  
 tuum uiuere continenter. Ad qđ proderit tibi ho-  
 die confiteri & postcras labi in consimile? Et non  
 aduertit homo fatuus, qđ ideo statuitur sacramē-  
 tum pœnitentię ad manum, ut quotiens recidiua-  
 mus totiens resurgamus. Tertium pœnitentię im-  
 pedimentum est ardor delectandi, & est tertius ar-  
 miger obuiatus pœnitēti. Recolit enim homo mi-  
 ser delectationem p̄habitam in peccatis, & ui-  
 detur sibi, qđ sine ea non possit ducere uitam suam  
 & manente tali inordinata affectione impossibi-

August.

## SPECVLVM

le est utiliter poenitere. Chrysoft. in lib. de compo-  
 ctioe cordis. Sicut impossibile est ut ignis in flam-  
 metur in aqua: ita impossibile est compunctioem  
 cordis uigere in delicijs. Contraria enim sibiipsis  
 sunt ad inuicem & peremptoria. Illa enim est ma-  
 ter fletus, illa mater risus, illa cor constringit, illa  
 dissoluit. Quartum & fortissimum impedimentum  
 poenitentiae est torpor prestolandi qui oritur ex du-  
 plici presumptione, uidelicet ex presumptione ui-  
 te prolixae, & finalis ueniae diuinitus concedendae.  
 Et iste quartus armiger ut communiter omnes im-  
 pedit, coesidunt de futuro, promittunt in posterum,  
 procrastinant in longinquum, & dicunt cum cor-  
 uo cras cras cras donec morte subita periclitentur.  
 Queritur utrum poenitentia sit de necessitate salu-  
 tis. Et arguitur quod non per glosam quae habetur super  
 illo psalmo. Qui seminant in lachrymis, in exulta-  
 tione metent, quae dicit sic: Noli esse tristis si affit tibi  
 bona uoluntas unde metitur pax, sed tristitia est  
 de ratione poenitentiae. Iuxta dicta Apostoli secun-  
 de ad Cor. quae secundum deum est tristitia poeniten-  
 tiam in salutem stabilem operatur. ergo bona uo-  
 luntas sine poenitentia sufficit ad salutem. Secundo  
 arguitur per illud quod scribitur in proverbijs,  
 duodecimo. Vniuersa delicta operit charitas. Et  
 infra capite decimoquinto. Per misericordiam &  
 fidem purgantur peccata. Ergo habendo fidem  
 charitatem & misericordiam potest unusquisque

2. Cor. 7

salutem consequi etiam sine poenitentiae sacramen-  
 to. In oppositum arguitur per illud quod domi-  
 nus dicit Lucę octavo. Si poenitentiã non egeritis,  
 omnes simul peribitis. Pro responsione dico, quod  
 aliquid est necessarium dupliciter, uno modo ab-  
 solute, alio modo ex suppositione. Absolute qui-  
 dem necessarium est illud, sine quo nullus salutem  
 consequi potest, sicut gratia Christi & sacramen-  
 tum baptismi, per quod aliquis in Christo renasci-  
 tur. Ex suppositione autem necessarium est sacra-  
 mentum poenitentiae, quod quidem necessarium non est  
 omnibus sed peccato subiactibus. Dicitur enim  
 secundo Paralipomenon ultimo: Et tu domine iu-  
 storum non posuisti poenitentiam iustis Abraham  
 Isaac & Iacob, his quae tibi non peccauerunt. Pecca-  
 tum autem cum consummatum fuerit generat mor-  
 tem, ut dicitur Iacobi primo. Et ideo necessarium  
 est ad salutem peccatoris, quod peccatum remouea-  
 tur ab eo. Quod quidem fieri non potest sine poeni-  
 tentiae sacramento, in quo operatur uirtus passi-  
 onis Christi per absolutionem sacerdotis simul cum  
 opere poenitentis, quae cooperatur gratiae ad destru-  
 ctionem peccati. Sicut enim dicit beatus Augusti-  
 nus super Iohannem, Qui creauit te sine te, non iu-  
 stificabit te sine te. Unde patet quod sacramentum  
 poenitentiae est necessarium ad salutem post pecca-  
 tum, sicut meditatio corporalis postquam homo  
 in morbum periculo sum incidit.

## SPECVLVM

Ad primam rationem in contrarium dicendum. Quod glosa illa uidetur esse intelligenda de eo cui adest bona uoluntas sine interpolatione, q̄ sit per peccatum. tales autem nō habent tristitię causam sed ex q̄ bona uoluntas tollitur per peccatum, nō potest restitui sine tristitia, qua quis dolet de peccato preterito, & pertinet ad pœnitentiam. Ad secundā dicendum, q̄ ex q̄ aliquis peccatum incurrit, charitas & fides & misericordia non liberāt hominem a peccato sine pœnitētia. Requirit enim charitas, q̄ homo doleat de offensa in amicū cōmissā. & q̄ amico recōciliari studeat. Requirit etiam ipsa fides, ut per uirtutem passionis Christi q̄ in sacramentis ecclesię operatur, q̄rat iustificari peccatis. Requiritur etiam ipsa misericordia ordinata, q̄ homo subueniat pœnitendo suę miserię, quā per peccatū incurrit. Iuxta illud Hieremię. Miseros facit populos peccatum. Vnde & Ecclesiastici 3. dicitur, Miserere animę tuę, placens deo.

Hie, 14.

¶ De documentis pœnitentię.

• Caput III.

**C**irca tertium principale sciendum, q̄ quatuor sunt documenta pœnitentię utiliter peragendę, uidelicet sollicitudo p̄cogitationis, plenitudo confessionis, amaritudo compunctionis, fortitudo satisfactionis. Primo igitur ad hoc, q̄ pœnitentia de peccatis utiliter in

choetur, necessaria est sollicitudo præ cogitationis. Quis enim prepositus uel baliuus est q̄ bona alicuius domini per mensem expendisset, i. expensas de bonis domini, domino & toti hospitio p̄ mensem fecisset te præsumeret compunctum facere sine præmeditatione sollicita. Peccator autem multa bona a deo recepit dispensanda, uidelicet bona gratiæ, bona nature, bona fortune, & omnia ista male consumpsit pro maiori parte, q̄modo legitur subito & ex improviso ad confessionis compunctum se audebit ingerere. Nam sicut medicina purgatiua corporis præsupponit præparatiuam, sic etiam medicina spiritualis q̄ purgat animam a peccato & sanat, q̄ est cordis contritio & oris confessio, requirit aliquam medicinam præparatiuam primam, uidelicet attritionem & recogitationem peccatorum commissorum. Iuxta q̄d scribitur primo Regum. Deus scientiarum dominus est, & ipsi præparantur cogitationes. Et prima ad Corinthios s̄ dicit Apost. Expurgate uetus fermentum. Et ideo dixit signanter Ezechias, Quid dicam aut q̄d respondebo tibi, cum ipse fecerim? uidelicet tot errores cogitando, loquendo, operando & omitendo. Et respondet. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime meę. Sed huius contrarium communiter fit. Presumunt enim nonnulli in dimidia hora per confessionem satisfacere de culpa, pro qua uix sufficeret septimana si eēt bene examinata, non interrogant, non examinant semet-

1. Re. 2.

Isa. 38.

## SPECVLVM

ipsos pre manibus, & ideo nō possunt integre poenitere. Iuxta qđ scribitur Hieremie octauo. Nihilus est qđ agat poenitentiam super peccato suo dicens, Quid feci? Cuius oppositum fecit Psal. Dixi inqt, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino. Vbi dicit Glosa, Dixi i prius deliberaui apud me, hoc, scilicet qđ ego cōfitebor aduersum me iniustitiam meam domino, Multi enim confitentur iniquitatem suam, sed aduersus deum & non aduersus seipsos, quando enim inueniuntur in peccatis, statim dicunt, ego non feci hoc, aut dicunt, hoc non est peccatum, sed deus uoluit. Alij dicunt fatū mihi fecit, stelle mihi fecerunt, & ideo per circuitum nituntur uenire ad accusandum deum, stellas enim ipse fecit & ordinauit, & ita per eas uolentes ostendere qđ deus fecit ut peccarent. Sed uere poenitens ait, Ego peccaui non fatum, non fortuna, non diabolus me coegit, sed ego per suadenti consensi. Hęc Glosa. Veri ergo poenitentes precogitant & deliberant, quomodo possint semetipsos accusare. Sed falso poenitentes deliberāt quomodo possint deum accusare & excusare seipsos. Secundo debet habere poenitentia amaritudinem compunctionis exemplo beati Iob dicentis, Loquar in amaritudine anime meę, dicam deo, noli me condemnare. Mulier bene concipit foetum suum sine dolore naturaliter, sed nunq̄ fuit melior quę peperit sine dolore, nisi una sola, scilicet beata uirgo Maria miraculose. Anima quando peccat,

Concipit foetum a diabolo et hoc sine dolore, imo cum delectatione p̄c̄m̄ concipit, parit autem q̄n̄ confitetur & prodit in lucem cōfessori suo, & nō potest esse sine dolore contritionis poenitentię. In cuius figuradicitur Iohannis 16. Mulier cum parit tristitiam habet &c. Sed sicut mulier cum parit, dolet amarissime, cum autem peperit, gaudet & se sentit alleuiatam. Ita persona grauida peccato, quando proponit confiteri ante confessionem & tempore confessionis tristis est & amara, sed confessione finita uidetur esse quasi liberata & lētificata. Vnde omnis homo post confessionem sentit se alleuiatum a pondere peccati p̄ ex Iudith. 8.istente. Vnde dicebat illa sancta uidua Iudith. Quia patiens est dominus, poeniteamus, & eius indulgentiam fuis lachrymis postulemus Et sic/ut nulla mulier q̄tuncunq; nobilis & delicata sit potest euadere, quin indigeat aliqua obstetrice, & quin se ostendat alicui obstetrici uelit nolir, ita nulla persona est ingrauidata peccato, quin aliq̄hominine indigeat pro confessore. Iuxta illud Iacobi, Iaco. 1. Confitemini alterutrum peccata uestra & orate pro inuicem, ut saluemini. Et qui istum dolorem uel amaritudinem nunc recusant, multo maiorem experientur dolorem quando suum peccatum coram toto mundo ostendent facientes poenitentiam, sed non fructuosam, quia secundum quod scribitur Sapientię quinto. Dicent intra se poenitentiam agentes & p̄ angustia spiritus gemētes.

## SPECVLVM

Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum;  
Tertio debet poenitentia habere plenitudinem cō-  
fessionis, ut non sit compilata nec abbreviata, nec  
colorata, nec excusata, nec depicta, nec diminuta  
sed plena debet esse sufficiens & totalis. Sudor u-  
niuersalis in infirmo signū est sanitatis. Sed quan-  
do unum membrum sudat & aliud manet siccū,  
signum est infirmitatis & non conualescentiæ. Et  
eodem modo confessio, si est plena, significat sani-  
tatem, si diminuta, signum est infirmitatis, sicut a-  
liq̄ confitentur de gula & de ira, & de quibusdam  
alijs, de luxuria uero & de rapina nihil. Vnde de  
quolibet tali confessionem diminutam & truncatam  
& non plenam & integram facienti dici potest il-  
lud Apocalyp. Non inuenio opera tua plena corā  
deo meo. In mente igitur habe qualiter acceperis  
& audieris & serua & poenitentiam age. Vin-  
centius in speculo naturali narrat de quodam pi-  
sce marino, q̄ centipes dicitur a multitudine pe-  
dum. Ille piscis dum hamū piscatoris senserit suis  
uisceribus inherere, timore mortis imminentis ui-  
scera sua quadam industria naturali effundit &  
hamum euoluit, & iterū uiscera sua restituit &  
sic mortem euadit. Moraliter hamus diaboli est  
peccatum infra delectationem, sicut hamus infra  
escam, subtiliter inuolutum. Homo hamo capi-  
tur, quando propter delectationem peccatum cō-  
plectitur. Iuxta illud Ecclesiastici. 9. Sicut pisces  
capit̄tur hamo, & aues comprehendunt̄ laqueo,

**Apo. 3.**

SECULARIVM. Fo. 142

sic apprehenduntur homines in tēpore malo. Hamus iste uiscera torquet, quando peccatum con-  
 scientiam remordet. Igitur summum remedium  
 tunc est hamum cum uisceribus, id est, peccatum  
 cum suis circumstantijs per confessionem effunde-  
 re coram deo. Iuxta doctrinam psal. Effundite co-  
 ram illo corda uestra, & postea cor lotum & ab-  
 lutum per pœnitentię sacramentum resumamus,  
 & sic recuperabimus salutem. Iuxta illud ad Ro-  
 ma. Corde creditur ad iustitiam, ore autem con-  
 fessio fit ad salutem. Vnde apostolus secunde ad  
 Corinth. Quę enim secundum deũ tristitia est pœ-  
 nitentiam in salutem stabilem operatur. Quarto  
 pœnitentia debet habere fortitudinem satisfactio-  
 nis, ut homo se non fingat debilem uel infirmũ ad  
 satisfaciendum pro peccatis suis, sed potius forte  
 & sanum. Narrat Ambrosius in Hexameron de  
 opere sextę diei. Quod elephas est tantę fortitudi-  
 nis, q̄ sufficit turrim ligneam cum multis arma-  
 tis portare tantę audacię, q̄ nullo clypeorum re-  
 tardatur obiecto, nec aliqua militum constipatio-  
 ne terretur, mirabiliter tamen timet murem. Mo-  
 raliter loquendo sic de aliquibus & multis qui ad  
 opera mundi pro lucro uel gloria temperali inue-  
 niuntur fortissimi, ieiunāt, uigilant, transeunt ma-  
 ria, fatigantur & fustigantur, sed ad faciendā u-  
 nam modicam pœnitentiam pro peccatis suis ti-  
 ment. Iuxta illud qd scribitur in psal. Trepidaue-  
 runt timore, ubi non erat timor, Huius oppositũ

Psal. 61

Ro. 10.

1. Co. 7.

## SPECVLVM.

Luc. 3.

suadet beatus Iohannes Baptista, dicēs, Facite ergo fructus dignos pœnitentię. Exēplo beatę Marię Magdalenę de qua beatus Gregorius in quadam Homilia sic dicit, Quot habuit in se Maria oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Cōuertit ad numerum uirtutum numerum criminum, ut totum inferuaret deo in pœnitentia, q̄c̄qd ex se contempserat deum in culpa.

De emolimentis pœnitentię.

Cap. III.

**C**irca quartum principale notandum est, q̄ quatuor sunt pœnitentię emolimenta. Nā per pœnitentiam Christum nobis reconciliamus, angelos lētificamus, animas n̄ras imo nosmetipsos reformamus, & demones confutamus. Dico ergo primo, q̄ per pœnitentiam Christum nobis reconciliamus. Vnde Hieremias Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo q̄d cogitauit ut facerem ei. Ecce mirabilis modus reconciliationis tanti domini, q̄ uult quasi ad paria iudicari cū homine seruo suo. Vnde ad modum hominis loquitur de seipso dicens, Si homo uult pœnitere de peccato suo, ipse etiam uult pœnitere de malo q̄d cogitauit ut faceret ei. i. uult ad modum pœnitentis se habere. Sic & nobiles impatores pulchrū uindictę genus re

Hier. 18

putauerunt ignoscere, & noxijs poenitentibus con-  
cedere ueniam post reatum. sicut dicit Petrus de  
uineis in quadam epistola. Secundo angelos letifi-  
camus. Iuxta illud Lucę, Gaudium erit corā an-  
gelis dei super uno peccatore poenitentiam agen-  
te. Legimus 3. Regum 6. Quod Salomō fecit an-  
gelos fieri in propiciatorio templi, de quibus quatu-  
or ibi legimus. Fuerunt enim illę imagines de li-  
gnis oliuarum, secundo habuerunt alas extensas,  
tertio habebant pedes obliquos & eleuatos et ad  
ambulandum paratos, quarto peruersis uultibus  
mutuo se respiciebant. Primo ergo fuerunt isti no-  
ui angeli Salomonis de oliua syluarum. Anti-  
quitas enim fuerunt ferrei propter incompassionē  
& duritiam, quia hominibus non compatiēbantur  
nunc autem sunt de lignis oliuarū, quia nobis mi-  
sericordes & pij facti sunt. Primi habebant alas  
dimissas, quia inuite & cum difficultate ad homi-  
nes ueniebant, sed quia modo cito ad nos ueniunt  
ideo alas expansas habent. Olim laudabant deum  
soli, sed modo in laudando hominibus se sociant.  
Olim naturam nostram quasi insigniam despicie-  
bant, modo uidētes eam in Christo exaltatam in  
stuporem & admirationem conuertuntur. Vnde  
se mutuo respicere dicuntur, quia de innouatione  
naturę nostrę specialiter admirantur. Et nota, quod  
dixit poenitentiam agente, & non dixit poeniten-  
tiam cogitante, quę est poenitentia procrastinan-

Luc. 14.

## SPECVLVM.

tium, nec dicit poenitentiam docente & non facte, q̄ est poenitentia uerborum predicatorum, nec dicit poenitentiam ostendente, q̄ est poenitentia hypocritarum & simulatorum, sed poenitentiam agente, q̄ est poenitentia deuotorum. Gaudent ergo angeli de poenitentia peccatoris. Primo q̄a uident suę custodię commissum tam gloriosum fructum consecutum, sicut medicus gaudet, quando uidet suę curę commissum reparatũ & consuetę ualitudini restitutum. Secundo q̄a uident ex peccatoribus conuersis suum adimpleri numerum. Tertio, q̄a uident ad laudandum deũ se tale habere consortium. Igitur per nostram poenitentiam angelos letificamus. Tertio nosmet ipsos per poenitentiam reformamus. Sicut enim docet Boethius q̄rto de consola. Homo secundũ uaria uicia q̄bus indulget, in naturam bestiarum transformatur, sicut inquietus in lingua comparatur cani, insidiator callidus uulpi, acediosus asino, luxuriosus hirco, & sic de alijs. Ratio huiusmodi est, q̄a anima hoĩs est sicut cera mollis. Cera enim calefacta & mollificata recipit effigiem illius rei cui applicatur. Vnde si applicetur sigillo cui impressa est figura leonis, induet cera effigiem leonis, si applicetur sigillo cui insculpta est forma lupi uel uulpis, cera cõsimilem induet figuram. Isto modo, anima rerum, q̄bus se per amorem applicat, effigiem induit, & in illas se transformat. Vnde dicit uenerabilis Hugo in lib. de arra anime, q̄

Nra poenitentia angelos letificat.

ea uis est amoris ut talem se esse necesse sit, quale est id quod amas, & quod tibi per affectum coniungis, necesse est ut in ipsius similitudinem dilectionis societate transformeris. Figuram de hoc habemus apud Danielem. Quod Nabuchodonosor propter culpam suam ab hominibus est eiectus & foenum ut bos comedit, sed postea recuperavit penitens quod amiserat. Sed notandum, quod penitentia hominis reformatiua tres habere debet conditiones, uidelicet integritatem, taciturnitatem, diuturnitatem. Quae quidem conditiones per tres litteras huius dictionis homo designantur. H uero non littera, sed aspirationis nota secundum Priscianum. Per primum enim o, signatur integritas penitentiae. Integrum enim est quod plenum est & circulare, & circularis figura perfectissima & plenissima est, & circulus inter figuras superficilias. Perfectissima figura est, quia non est possibile, quod aliquid addatur in linea circulari omnino secundum Aristotilem primo caeli. Penitentia igitur debet esse perfecta & integra, ut uidelicet omnis pars corporis, per quam homo peccauit, puniatur. Sic etiam sicut quilibet peccauit uidelicet lingua pro multiloquio puniatur orationibus, pedes peregrinationibus, uenter ieiunijs. Per secundam litteram, scilicet m, designatur taciturnitas, quae ad penitentiam requiritur, ne fiat pompa uel ostentatione, Et bene m signat taciturnitatem, quia illa sola inter alias litteras potest proferri labijs clausis

Daniel. 4

T

## SPECVLVM.

Rom. 2

& labijs suaviter imprimitur. Tertia litera est o, & signat diuturnitatem siue finalem perseverantiam, quia in alphabeto græco est o litera finalis. Pœnitentia autē si perfecta est usq̄a d finem esse debet, & talis hominem reformat de bestiali natura ad humanam, non tamen sine aspirationis nota, quia nisi spiritus sancti gratia per suam benignitatem hominem moueat, salubrem pœnitentiam non attentat. Iuxta dictum Apostoli ad Romanos. Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Quartum emolumentum pœnitentię est q̄ per eam dēmones confutamus. Vehementer enim confunduntur, quādo eorum prodimus consilium, quando eorum euadimus carcerem, quia propter hoc a suis principibus grauius affliguntur, sicut custodes carcerum pro euasione incarcerationum puniuntur. Valde ergo agitantur inuidia, quādo uidēt nos eis prius similes per peccatum iterum esse reformatos atq̄ restitutos per pœnitentię sacramentum, q̄d nullo modo eis conceditur. Vnde de hominibus signanter dicitur p̄ me Petri. 3. Non tardat deus promissis, sed patienter agit propter uos nolens aliquem perire sed ad pœnitentiam reuertī. Pœnitimini ergo & conuertimini ut deleātur peccata uestra. Actuum tertio. Quoniam autem de necessitate uerę pœnitentię requiritur spes uenie. Sciendum, quod secundum sanctum Bernardum in sermone, spes humana in

deum per considerationem triplicem stabilitur.

Tria, inquit, considero, in quibus tota mea spes consistit, uidelicet charitatem adoptionis, ueritatē promissionis, potestatem redditionis. Primo enim debet homines mouere ad spei confidentiā, q̄ deus eos adoprauit in filios, & patrem eorum constituit semetipsum. Vnde beatus Bernardus super orationem dominicam: Mihi, inquit, dicatur oratio, cuius principium dulce nomine patrono sequētium petitionum obtinendarum prestat fiduciā. Et glosa Matthei. sexto. super hoc uerbo pater. In hoc datur fiducia quid negabit filijs, qui iam dedit quod pater est. Exemplum de filio prodigo. Vbi criminosus filius ad patrem rediens. tum amplexibus & osculis conuiujs & melodijs a patre recipitur. Vnde ad Romanos dicitur. Stamus & gloriamur in spe glorię filiorū dei. Secundo debet homines mouere ad spei confidentiam, ueritas promissionis. Deus enim est qui mentiri non potest qui nobis ueniam pollicetur, & gloriam per totam scripturam sacram, quam habemus a deo sicut quoddam obligatorium maxime securitatis. Vnde scribit Apostolus ad Romanos. Per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Et in psalmo. Memor esto uerbi tui seruo tuo, in quo spem dedisti. Tertio creat in nobis spem, potestas redditionis, non enim impotēs est, sed omnipotens ad cōplendū pmissa, & ideo

Luc. 15.

Rom. 15

T ij

## SPECVLVM

- Ecci. 2.** confundi non possumus. Iuxta illud Ecclesiastici. Respicite filij nationes hominum, quia nullus sperauit in domino & confusus est, permansit in mandatis eius & derelictus est. Vnde dicit Apostolus ad Romanos. Spes uero non confundit. Et in psal.
- Roma. 3** In te domine speraui, non confundar in eternum. Debet igitur spes nostra esse sicut ancora firmitatis, ne a fluctibus moueamur, sicut mola ueritatis, ne indebite conteramur, & sicut galea securitatis, ne ab hoste ledamur. De primo scribitur ad
- Heb. 6.** Hebræos. Confugiamus ad tenendam propositam spem, quam sicut ancoram habemus anime tutam & firmam. De secundo dicit glosa super illud Deuteronomij uicesimo quarto. Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam. Superior & inferior mola sunt spes & timor. Spes ad alta subuehit, timor ad inferius premit. Vna mola sine altera inutiliter habetur. In peccatore igitur semper debent spes & formido coniungi, & incassum misericordiam sperat si iustitiam non timeat, & incassum metuit quod non confidit. Ligno igitur pignoris, mola inferior aut superior non tollatur, quia qui predicat peccatori, tanta dispensatione disponere predicationem debet, ne relicta spe timorem subtrahat uel subtracta spe timorem relinquat. Est igitur spes sicut mola superior, que cor eleuat & sustinet in contritione debita peccatis, & timor iustitię, mola inferior que conterit & comprimit, ne cor exalteretur nimis. Iuxta illud

psal. Ab altitudine diei timebo. Tertio spes nostra est sicut galea securitatis, ne ab hoste laedamur. Homo enim priuatus galea per desperationem omni uulnere tentatiōis occiditur, eo quod caput habet inerme. Iuxta illud Hieremię, Desperauimus post cogitationes nostras ibimus & unusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. Non autem nõ sic faciamus, sed uadamus ad istam galeam contine induamus. Iuxta illud Apostoli ad Thessalonicenses. Nos autem quod diei sumus, sobrii simus, in dutiloricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis. Item notandum, quod deus sic in natura prouidit cõmuniter, quod & clementia & potentia, fortitudo & mansuetudo naturaliter cõiunguntur, & ubi plus est fortitudinis, & ibi plus etiam mansuetudinis & clementię reperitur. Exemplum de leone, quod est fortissimus bestiarum, & tamen clementissimus. Vnde Solinus de mirabilibus mundi leonum clementię indicia multa sunt. Parcunt prostratis, in uiros potius quam in foeminas desequiunt, infantes non nisi magna fame perimunt, nec a misericordia separantur. Hęc Solinus. Vnde metricè dicitur,

Parcere prostratis scit nobilis ira leonis.

Et per oppositum. Deus crudelia animalia potestate priuauit. Vñ inter canes minimi canes sunt maxime cholericis, & quo minus possunt uiribus eo magis abundant latratibus. Christus autem more leonis quibuscumque se prosternentibus per pœ-

Hiere. 18

Thessa. 5

## SPECVLVM

nitētiam clementem se exhibet. In uiros potius q̄  
in foeminas, hoc est in peccantem ex malicia poti  
us q̄ in peccantes ex passione se uindicat, & infan  
tes. i. innocentes non nisi magna fame .i. magno  
amore salutis eorum in p̄senti flagellat. Iuxta il  
lud Apoc. 3. Ego quos amo arguo & castigo.

### Capitulum VI.

**I**tem dictum est superius, q̄ ad ueram peni  
tentiam requiritur examinatio conscientie. Id  
circo notandū est, q̄ conscientia hominis mul  
tiplicem actum habet. Est enim conscientia ac  
cusatrix prauę transgressionis, reuelatrix nostrę  
depressionis, conuersatrix bonę possessionis, uindi  
catrix fractę professionis. Primo ergo consciē  
tia hominis est accusatrix suę transgressionis. Sic  
ut em̄ puero datur dica, in qua defectus sui signā  
tur ut postea uerberetur, & nullo modo licet sibi  
abiicere dicam suā, q̄a per eam accusatur, ita cui  
libet homini alligatur conscientia, in qua oīa p̄c̄ta  
sua notantur, ut secundum eam accusetur in iudi  
cio. Iuxta dictum Apostoli ad Roma. Testimo  
nium reddente illis conscientia ipsorum & inter se  
inuicem cogitationum accusantium aut etiā defen  
dentium, in die cum iudicabit deus occulta homi  
num, & ideo istam accusatricem conscientia ma  
xime timere debemus, dicente Seneca: Conscium  
p̄c̄torum tuorum non magis timueris, q̄ te ipsum  
Alienum em̄ potes effugere, te nunq̄. Item, Medi/

tandum magis conscientiam q̄ famam attrēde, falli sepe potest fama, conscientia nunq̄. Sicut enim charitativus accusator primo monet personā ad partem & eam p̄munit de suis defectibus, et si se correxerit culpam celat: si uero se corrigere contempserit, eā publice in iudicio proclamat, ita cōscientia nostra in p̄senti quasi nos corripit & rep̄hendit occulte, sed si nos non correxerimus, in futuro iudicio publice proclamabit Iuxta illud Leuitici, Si conscius est nisi indicauerit portabit iniquitatem suam. Secunda conscientia hominis est reuelatrix suę de p̄ssionis. In omni enim de p̄ssione uel tribulatione terrena singularis consolatio est bona conscientia. Iuxta dictum Apostoli primę ad Cor. Gloria nostra est conscientia nostra. Vnde beatus Ambrosius in libro de officijs dicit sic, Bene sibi conscius falsis non debet moueri conuicijs, nec estimare plus ponderis in alieno conuicio q̄ in suę conscientie testimonio. Et beatus Gregorius super Ezechielem homilia. 9. dicit sic, Quid prodest homini si omnes laudant, & conscientia accusat? Aut quid obest si omnes derogent & sola cōscientia defendat? Idem Augustinus in quadam epistola & ponitur in canone. 1. 1. q. ca. 3. senti, loquens ad Manicheum dicit sic, Senti de Augustino, q̄cquid libet, dum sola me in oculis dei conscientia non accuset. Et capitulo sequenti habetur, qualiter Constantius Mediolanensis Episcopus a quibusdam malignis infamatus erat, de qui-

Leuit. 5.

1. Cor. 1

Tūq̄

busdam criminibus, propter qđ pretermittēbat  
 populo predicare ueritatem. Et qđ illa crimina  
 nec probari poterant nec uerisimilia fuerant, scri-  
 bit sibi papa Gregorius, qđ ad propriam conscien-  
 tiam redeat, & inde consolatus populo non sub-  
 trahat qđ ei utilia esse cognoscat, dicit sic: Quem  
 (ingr) conscientia defendit, liber est inter accusa-  
 tores, & liber sine accusatione esse non potest si  
 Augusti. sola que interius addicit conscientia accuset. De  
 hoc etiam beatus Augustinus notabiliter loqui-  
 tur super psalmo uicesimo octauo, & similiter po-  
 nitur in canone. 2. q. 3. cap. custodi. Custodi, ingr  
 intus innocentiam tuam ubi nemo opprimit cau-  
 sam tuam, preualebit in te falsum testimonium,  
 sed apud homines nunquam apud deū ualebit tibi  
 causa tua dicenda est, quando deus erit iudex a-  
 lius testis qđ conscientia tua non erit, inter iudicem  
 & conscientiam tuam noli timere nisi causam tu-  
 am. Hęc Augustinus. Tertio conscientia hominis  
 est conseruatix bonę possessionis. Vnde dicit be-  
 atus Bernardus, Sanum uas cōscientia & seruan-  
 dis secretis idoneum, nullis patēs insidijs, nullis ui-  
 olentis cedens, urpote nec manu, nec oculis, accel-  
 sibilis, qcquid ibi posuero securus sum, seruabit  
 uiuo defunctoq; restituet, quocunq; uadam ipsa  
 erit mecum, secum ferens depositum quod cōser-  
 uandum accepit, ubiq; gloria uel confusio inui-  
 tabilis pro qlitate depositi. Hęc Bernar. Est igit  
 conseruatix bonę possessionis. Est em̄ bona con-

scientia sicut q̄dam charta, in qua merita nostra describuntur per quam asscuramur de p̄mio paradisi. Iuxta dictum Apostoli ad Cor. dicentis, Finis autem p̄cepti est charitas de corde puro & cōscientia bona. Finis autem p̄cepti potest dici p̄m̄ium debitum, siue merces debita pro p̄cepto bene seruato, habens charta m̄ bona m̄, per quā occupatus est bonam hereditatem & magnam, si eā diligenter obseruat, & maxime p̄cauet, ne a tineis uel uermibus consumatur. Moraliter loquendo charta per quam uitam celestem uendicaturus est conscientia bona per charitatem informata scripta tota plena hominis meritis, & ideo seruari debet a tineis et uermibus. Hoc autem fit dupliciter Vno modo si frequenter tractetur respiciatur & regatur. Alio modo si perliniat cedria q̄ est gummi cedri. Dicit Isidorus 14. Ethic. ca. 7. de cedro, Quod resina quā habet q̄ cedria dicitur, q̄ in obseruandis libris adeo est utilis, ut pliniti ex ea nec tineas patiantur, nec tempore consenscāt. Isti duplici modo si chartam conscientie nostre a corruptione seruare uelimus, primo oportet, q̄ frequenter eam tractemus et respiciamus facta nostra, dicta & cogitationes nostras diligenter discutiendo, & ea etiam ab omni puluere cuiuscunq; sordis peccati perfecte detergamus, quantum nobis fuerit possibile, ut nec uenialia incōfessa dimittamus, exemplo Pauli apost. q̄ dicebat, Studeo sine offenculo cōscientiā habere ad deū & ad hoīes semper

Act. 24.

## SPECVLVM

Studium, secundum quod dicit Tullius, est uehementer animi applicatio ad aliquid agendum cum summa uoluntate & reuerentia. Maxima animi applicatio requiritur ad discutiendum & discernendum, quod sit pure consistendum de peccatis. Et ideo merito dicit Apostolus, Non leuiter & perfunctorie dicendo conscientiam, sed loquitur dicendo, studeo conscientiam habere & hoc sine offendiculo, ut nec etiam minuta peccata uenialia quae contingunt, negligantur. Secundo debemus istam chartam perlinire cedria, quae est resina cedri, id est de sanguine crucis Christi debemus frequenter meditari. Cedrus namque fuit pes crucis Christi ad litteram, & sic per synecdochen pro cruce supponere potest. Haec autem meditatio, uermes, id est remorsus peccatorum extirpabit omnino dicente Apostolo ad Hebraeos. 9. Sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis. Et sicut idem est perdere talem charitatem & perdere hereditatem illam, ita idem est perdere conscientiam & perdere uitam futuram siue uitam eternam. Et ideo illi qui se depingunt ad famam claritatem & non ad conscientiae ueritatem perdent finaliter caelestem hereditatem. Contra quos loquitur Seneca in libello suo de moribus. Plerique famam, conscientiam pauci uerentur. Quarto bona conscientia est uindicatrix fractae professionis. Omnes enim Christiana professione censentur, & ideo qui trans istam professionem infringimus, conscientiam nostram non solum accusat, imo uindicat mordendo & puniendo, iuxta illud Pro. 15. Est qui promittit & non

gladio pungitur cōscientia, etiam q̄ promittit & non implet talis q̄ si gladio pungitur in cōsciētia In baptisuali professione sigillatur imago dei in cōsciētia hominis per uirtutem & gratiam quę tunc infunditur, etiam paruulis usu carentibus rationis, & iste est denarius quem Christus semper exigit pro tributo propter quem confiteri debemus nos esse seruos suos. Vnde Chrysoft. super illud Matthei, Reddite q̄ sunt Cęsaris Cęsari, & quę sunt dei deo, dicit lic, Si numisma Cęsarum, numisma dei homo. In solidis uidetur Cęsar, in hominibus autem deus cognoscitur, ideo diuitias nostras Cęsari dare, deo autē cōscientię nostre solam innocētiā oportet reseruare. Sed istis temporibus habent nonnulli cōsciētiam quadrupliciter defectiuam. Habent enim q̄dam cōsciētiam dilatatā, q̄dā cōsciētiam infirmatā, q̄dā cōsciētiam perturbatā & q̄dā cōsciētiam cauteriatam. Primo q̄dē inueniunt nonnulli q̄rū cōsciētia est nimis dilatata, q̄ nunq̄ pōderāt nisi grossiora pētā, q̄rū cōsciētia est sicut rete habēs lata foramina ubi nō cōphendunt nisi pisces maiores sed minores semp̄ euadunt. Tales nō pōderant ociosa iuramēta, imo nec mēdosa piuria uisi forte corā iudice sup̄ librum. Mēdacia nullius momēti sunt etiā si cedant in diffamationē proximi, furtū nō est magni pōderis, si sit de bonis pauperū monasteriorum uel ecclesiarum uel etiā alicuius cōmunitatis, sed tantūmodo si sit principū, uel de bonis

Mat. 22

## SPECVLVM

principum uel magnorum dominorum, etiam si  
 fiat de bonis personalibus, furtum conscientia ali  
 quando remordet quando persona timetur, sed si  
 fit de bonis coitatis non remordet nec remanet  
 in conscientijs quorundam, ut peccatum alicuius  
 ponderis qui nimis dilatant conscientias suas dice  
 tes, illud Genesis: Non est in cōscientijs nostris q̄s  
**Gen. 44.** eam scilicet pecuniā posuerit in marsupijs nostris.  
 Alij sunt etiam q̄ habent conscientiam satis infir  
 matam per oppositum. Qui non solū magna pec  
 cata sed etiam magna ponderant, non sicut debe  
 rent, sed plus iusto & q̄ non sunt pctā iudicāt esse  
 pctā. Et ista conscientia frequenter a diabolo ten  
 tatione diaboli prouenit, q̄ sic inducit homines ad  
 perplexitatem peccandi, & q̄cqd fit contra con  
**1. co. 10** scientiam etiam si sit erronea edificat ad geennā  
 Et hęc est infirma conscientia quam Apost. prohi  
 bet, dicens, Omne quod in macello uenit mandu  
 care nihil interrogantes propter conscientiam. Et  
**1. Cor. 8** Percutientes conscientia eorū infirmam in Chri  
 sto peccatis. Et tales uisi sunt frequenter tentatio  
 ne cessante habuisse conscientias nimis largas.  
 Tertio inueniuntur & sunt nonnulli q̄ scienti  
 am perturbatam habent q̄ propter commissa de  
 sperant. Contra quos beatus Bernardus sup can  
 tica sermone quadragesimo secundo: Quid effica  
 cius ad curandum conscientie uulnera, aut ad pur  
 gandum aciem mentis, q̄ Christi uulnerum sedu  
 la meditatio. Et idem. Turbabor sed non pertur

babor, q̄a uulnerum domini recordabor. De ista  
 conscientia dicitur in litera: Semper p̄sumit seua,  
 perturbata conscientia. Quarto sunt q̄dam q̄ ha  
 bent conscientiam conturbatam & hi ponderant  
 parua, sed de magnis nihil curant, & tales fuerũt  
 Pharisei decimantes mētham & rutam & omne  
 holus, & grauiora legis p̄termittũt, prout scri  
 bitur. Et hi sunt hypocrite de quibus prophetiza  
 uit apostolus. Quod in nouissimis temporibus di  
 scedent q̄dam a fide, attendentes spiritibus erro  
 ris & doctrinis dēmoniorũ in hyprocrisi loquē  
 tium mendacium & cauteriatam habentium sur  
 am conscientiam. Istam ergo quadruplicem con  
 scientiam deponentes faciamus sicut scribit Apo  
 stolus. Accedamus cum uero corde in plenitudi  
 ne fidei aspersi corda a consciētia mala, id est pur  
 gati ab omnibus peccatis & specialiter mortali  
 bus, q̄d habet fieri per sacramentum p̄nitentię,  
 si fuerit aliquis lapsus in aliquod uel in aliqua. Vn  
 de moueo istam q̄stionem. Vtrum omnia pecca  
 ta mortalia per p̄nitentiam auferantur. Et ar  
 guitur q̄ non. Nam dicit Apostolus. Quod Esau  
 non inuenit locum uenię et benedictiōis per p̄ni  
 tentiam, quamuis cum lachrymis inq̄sisset eā. Et  
 secundo Machabeorũ dicitur de Antiocho. Ora  
 bat scelestus ille dominum a q̄ non erat misericor  
 diam consecuturus. Non ergo uideť q̄ per p̄ni  
 tentiam omnia peccata tollantur. In contrarium  
 arguitur p̄ illud q̄d scribitur Ezechie. 18. Quacu

Matt. 23  
 1. Ti. 4.

Heb. 10.

Heb. 12.

## SPECVLVM

Que hora ingemuerit peccator uiuo ego dicit dñs  
 omnium iniquitatem eius non recordabor amplius  
 Pro respōsione dico, q̄ ad hoc q̄ aliqd̄ pct̄m per  
 pœnitentiam tolli non possit, posset contingere du  
 pliciter. Vno modo q̄a aliquis de pct̄o pœnitere  
 non posset nec delere pct̄m, et hoc primo q̄dē mo  
 do non possunt deleri pct̄a demonum & etiā ho  
 minum damnatorum, q̄a affectus eorum; sunt in  
 malo confirmati, ita q̄ nō pōt eis displicere pct̄m  
 inquantū est culpa, sed solum displicet eis inquan  
 tum pœna quam patiuntur, ratiōe cuius aliquam  
 pœnitentiam sed infructuosam habent. Iuxta il  
 lud Sapientie quinto de ipsis damnatis. Pœniten  
 tiam agentes & p̄ angustia spiritus gemētes. Vñ  
 talis pœnitentia non est cum spe uenig, sed cū de  
 speratione. Talis autem non potest esse pct̄m uia  
 toris hominis cuius liberum arbitrium flexibile  
 est ad bonum & ad malum Vnde dicere, q̄ aliqd̄  
 pct̄m sit in hac uita de q̄ aliquis pœnitere non pos  
 sit, erroneum est. Primo q̄dem q̄a per hoc tollere  
 tur libertas arbitrij. Secundo q̄a derogaretur uir  
 tuti gratie per quā moueri potest cuiuscunq; pct̄o  
 ris cor ad pœnitendum. Iuxta illud, Cor regis in  
 manu dei & q̄cūq; uoluerit uertet illud. Quod au  
 tem illud secundo modo nō possit per ueram pœ  
 nitentiam aliqd̄ pct̄m remitti est etiam erroneū.  
 Primo q̄dem q̄a repugnat diuine misericordie,  
 de qua dicitur. Quod benignus & misericors est,  
 & multe misericordie & p̄stabilis super malicia

**Pro: 21.**

**Iohē. 2**

uinceretur quodammodo deus ab homine, si homo peccatum uellet deleri quod deus deleri non uellet. Secundo quia hoc derogaret uirtuti passionis Christi, per quam poenitentia operatur, sicut & cetera sacramenta cum scriptum sit, Quod ipse est propiciatio pro peccatis nostris & non solum pro nostris, sed etiam totius mundi. Unde dicendum simpliciter, quod omne peccatum in hac uita per poenitentiam deleri potest. Ad rationem in contrarium dicendum, quod Esau non uere poenituit, quod patet ex hoc quod dixit, Veniet dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Similiter etiam nec Antiochus uere poenituit, dolebat enim de culpa preterita non propter offensam, sed propter infirmitatem corporalem quam patiebatur.

1. Joh. 2. 2

Contra uoluptates carnales. Ca. VII.

**Q**uia etiam dictum est superius quod delectatio prehabita in peccato impedit ueram poenitentiam. Idcirco contra ipsam delectationem carnalem modicum in presenti tractatulo scripturus accipio mihi pro fundamento uerba sapientissimi Salomonis qui ait, Dixi in corde meo, uadam & affluam delicijs, & fruam bonis, Et uidi quod hoc quod esset uanitas. Risumque reperi in errore & gaudio dixi, Quid frustra decipis. Ait ergo, Dixi in corde meo, id est apud me disposui, Uadam & affluam delicijs, dicit uadam, quia malorum est abire, bonorum uenire. Iuxta illud, Venite benedicti patris mei percipite regnum &c. Et hoc a Chri-

Ecci. 2.

Mat. 25

## SPECVLVM

sto dicetur bonis & electis. Malis uero & repro-  
bis dicturus est, Ite maledicti in ignem eternum,  
q̄ paratus est diabolo & angelis eius. Dicit ergo  
uadam et affluam delicijs carnalibus, scilicet in q̄-  
bus uiuendo quis mortuus est spiritualiter, & fru-  
ar bonis supple presentibus. De qua abusiua frui-  
tione dicitur Sapientie, 5. Venite fruamur bonis  
que sunt, & utamur creatura tanquam in iuuen-  
tute celeriter. Et Prouerbiorū. 6. Veni fruamur  
cupitis amplexibus. Et subiungit uaniratem dicens  
Et uidi q̄d hoc quoq̄ esset uanitas, q̄a scilicet non  
reficit sed deficit. De primo beatus Hieronymus  
ait. Iniquitas famem parit, nō satietatem. De secun-  
do. Transierunt hec omnia uelut umbra. Sequitur.  
Sapient. 6. Risumq̄ reputaui errorem .i. considerans risum  
huius mundi q̄ homines seducit reputaui errorem  
& dixi gaudio. i. gaudenti dixi. Quid frustra deci-  
peris. Sciendum q̄ gaudium est interior mentis le-  
titia, risus exterior dissolutio inepta. Risus error  
reputari debet q̄a latentem dolorem admixtum  
Pro. 24. habet & in fine affligit. Iuxta illud. Risus dolore  
miscbitur, & extrema gaudij luctus occupat. Et  
Risus uester in luctum uertetur & gaudiū in mo-  
Iacob. 4. rorē. Vñ dñs, Vē uobis q̄ ridetis nunc q̄a lugebi-  
Luce. 6. tis & flebitis. Gaudiū decipit q̄a cito deficit. Vñ  
Iob. 20. Laus impiorū breuis est et gaudium hypocrite ad  
instar puncti. Et Iob. 21. de talibus dicitur, Te-  
nent tympanū & citharam, & gaudent ad soni-  
tū organi, ducūt in bonis dies suos & in pūcto ad

inferna descendunt. Circa hanc materiam, scilicet carnalis & secularis uoluptatis, notanda sunt ipsius plures prauae conditiones propter quas merito abiicienda & despicienda est. Prima praua conditio ipsius carnalis uoluptatis est, quia nociua est ipsi corpori. Vnde Chrysostr. Nihil ita nociuum est & inimicum corpori ut uoluptas. Nihil enim ita corpus rescindit & suffodit. i. corrumpit, eo quod ex forti fit debile, ex sano egrotum, ex agili graue, ex formoso deforme, ex iuuenem ueterosum. Vnde & Horatius: Sperne uoluptates, nocet empta dolore uoluptas. Secunda quia occidit animam. Vnde Apostolus: Si secundum carnem uixeritis, moriemini. Item: Vidua uiuens in deliciis mortua est. Haec uidua signat animam peccatricem, quae Christum maritum per uoluptates carnis perdidit. Quapropter Plato dicere solet: Nullam capitaliorem pestem a natura datam quam uoluptatem, qua homines capiuntur ut pisces.

1. Timot 52

Insignis Platonis sententia.

Tertio ueritatem intelligere non permittit. Vnde Hierony. Nihil adeo obruit intellectum uel intelligentiam, ut comessatio & ebrietas. Idem: Pinguis uenter nihil tenue, nihil caeleste cogitare potest. Et ideo dicitur Osee 4. Fornicatio & ebrietas auferunt cor. Optima idcirco est Diogenis sententia, neminem posse sapientiae operam dare, si mensurae abundantiam cogitauerit.

Quarto uoluptas carnalis inducit super hominem in quo est odium dei. Vnde Apostolus dicit: Qui in carne sunt deo placere non possunt. Vnde Hierony. super illud Psalmi. Odisti obseruantes uanitates superuacuae. Illos diligit dominus qui dilectionis eius suauitatem mundanis & carnalibus delectationibus protulerunt. Illos odit uero, qui amore eius amore seculi protulerunt. Illos odit qui istam tantummodo uitam praesentem amant & caelestia contemnunt, sperantes inaniter in prosperitate

V

ritate

## SPECVLVM

ritate seculi seducente. Quinto carnalis uoluptas ho-  
 minem in quo est aridū & sterile oīs spiritualis boni  
 efficit. Vnde dicitur in euangelio: nisi granū si uenti  
 cadens in terra mortuum fuerit ipsum solum manet.  
 Hoc est, nisi is qui spiritualis esse desiderat cōcupiscen-  
 tiis carnalibus moriatur, & renūciat copiosum fructū  
 spiritualium honorū non referet, sed manet sicut con-  
 cha sine nucleo, & lampas sine oleo, sicut uacua arbor  
 inutilis. Sed heu iam impletū esse uidetur quod Pau-  
 lus olim prædixit. In nouissimis diebus instabunt ipse  
 periculosa, erunt homines seipso amantes uoluptatū  
 amatores. Oēs enim amplectimur ea quæ cōmoda  
 & delectabilia sunt carni, & dura & aspera refugim⁹.  
 Tu uero charissime stude iuxta regulā tuā carnē edo-  
 mare abstinentia cibi & potus: quā ualido pmit-  
 tit, ut possis uerus esse monachus. Vnde abbas Macha-  
 rius dixit. Quicumq; semetipsum necessitatib⁹ subice-  
 rit atq; coegerit ipse monachus est. Et secundū senten-  
 tiam beati Eusebii: Verus religiosus debet esse negle-  
 ctor quietis, appetitor laboris, fugax uoluptatis, pa-  
 tiens obiectiois, impatiens honoris, pauper in pecu-  
 nia, diues in cōscientia. Sexto uoluptas carnalis fa-  
 cit hominem in quo est, amittere gaudia æterna. Vn-  
 de Gregorius: O miser & insanus ille imo plus quam  
 bestia reputandus, qui propter momentaneam carnis  
 delectationem, gaudia relinquit æterna, & perpetuæ  
 pœnæ flammis se mancipare laborat. Nam secundū  
 sententiā eiusdē. Præsentia gaudia sequuntur perpe-  
 tua lamenta. Quia difficile imo impossibile est sicut  
 dicit Hieronymus, ut presentibus suis & futuris fru-  
 atur bonis, ut de delicijs ad delicias transeat, ut in ter-  
 ra & in cælo appareat gloriosus. Quāquidem Lazarū  
 beatificat euāgelium in sinu Abrahæ, & diuinitē sepelit

inferno. Septimo uoluptas hominem in quo est ducit ad mortē infinibilem interni. Frequenter etiā dum dulcior & iocundior est hominum uita sua, tunc se parat amara mors. Vnde dicit Iob. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Sit igitur nobis austeritas uitæ solacio, quæ uiuens deo acceptos facit & securissimos morietes. Pauci deliciosi & diuites moriuntur, qui in exitu huius uitæ nō desiderant fuisse pauperrimi. Contra animā quæ se ad mundanas siue carnales uoluptates effundit, dominus grauius excādescit sui iudicij executoribus dicēs. Quantum exaltauit se & in delicijs fuit, tantum date ei tormenta & luctus. Quoniā secundū magnitudinem & multitudinem deliciarum in mundo, erit magnitudo & multitudo pœnarū in inferno. Deberent amatores secularium & carnalium deliciarum & qui harū dulcedine illiciuntur attendere, q̄ in uoluptatibus carnis p̄terit cito quod delectat. & permanet sine fine q̄d cruciat. Octauo uoluptas est accumulatiua doloris & displicentiæ, quia post uoluptatē semper sequitur pœnitudo. Vnde Valerius Maximus dicit. Scitum est & scitum dignum Aristotelis q̄ uoluptatum initia obliuioni mādara asseruit & solus exitus recordandos q̄a ois uoluptatis finis pœnitētia ē. Hoc prudēter aduertit Demosthenes philosoph⁹ ille amosus, q̄ Thais solēnis meretrix de Corintho, centū talēta petijt p̄ uno cōcubitu. At ille in cælū suspiciens ait. Non emo tanti pœnitere, q̄d tñ necessariū foret si tua fruerer uoluptate. Boethius q̄q; dicit. Quid de corporalibus loquar, q̄rū appetentia plena est anxietate, societas uero p̄niā. Et infra metro sequente cōparat uoluptatē api, quæ eodē loco primo fundit mel sedendo, & insigit a uleū recedēdo. Patet ergo q̄ naturaliter post uoluptatē sequitur pœnitudo. Nonne uoluptas est obfuscatiua decoris

lib. 4. ca. 3.

Egregiū De  
mosthenis &  
bū ad Thais  
idem.

V ij & fa-

## SPECVLVM

& famæ. Exemplum habem<sup>9</sup> in Solomone, qui quia  
fœnora sua incuruauit in alioribus, ideo posuit macu-  
lam in gloriam suam, id est, in famam. Hæc macula  
secunda peccati luxuriæ maior est in religiosis quam  
in secularibus. sicut macula esset intollerabilis in fa-  
cie siue in oculo, quæ parum grauaret in alio mem-  
bro. Religiosi autem sunt ut factes siue oculus in ipso  
sa Christi, id est, in ecclesia, propterea ut dicit san-  
ctus Hiero. sancta Paula apud sanctimoniales quas  
regebat, peccatum quod inter seculi homines uel leue  
putabatur uel nihil, hoc in monasteriis grauissimum  
dicebat esse delictum. Et istud probatur per hoc quod  
deus legitur ita grauiter punisse peccata illa quæ in clau-  
stris sunt commissa. Primū claustrum fuit in celo,  
in quo ipse deus abbas fuit, in quo qui se ipsos in cogi-  
tationibus suis exaltauerunt ambientes gloriam &  
absq; spe uenię damnati sunt in inferno. Et homo qui  
nult alijs preferri, collega eius est qui dicit. P. nam se-  
dem meā in aquilone similis ero altissimo: Et nos cha-  
rissimi exemplo huius caueamus attractum superbiæ,  
quæ honorum omnium est inimica, totius pulchritu-  
dinis & uirtutis uermis & tinea. Ecce stella ista maru-  
tina Lucifer qui mane oriebatur, qui præ nimio clari-  
tatis suæ splendore oim intuentium in se oculos con-  
uertebat, in fauulam repente conuersa sulphure am re-  
nebris abyssi immergitur. Secundum claustrū fuit in  
terrestri paradiso in quo qui inobediētes fuerūt de para-  
diso expulsi sunt & morti cū tota sua successiōe dāna-  
ti. Tertium claustrū fuit in principio ecclesiæ, in quo  
beatus Petrus abbas fuit. In quo qui proprietarij esse uo-  
luerūt, morte subitanea perierunt. Decimo carnalis  
uoluptas mutat hoim in bestiā. Ecce quā magnū pecca-  
tū est quod de homine facit nō hominē, & hoc facit pec-  
catū luxuriæ.

satū luxuriæ. Vnde Hieronymus. Fugite luxuriā, nam  
 sicut uirginitas hominē æquat angelis immo plus eū  
 facit quā angelū, ita luxuria hominē plus quā besti-  
 ficat, & ut ita dicam multo peius bestia eū efficit. Specia-  
 liter tamen luxuria mutat hominē in porcū. Vñ Chry-  
 sosto. Porci sunt qui uitam suam cœnosæ libidini &  
 uoluptatibus seculi mancipauerūt: De hoc etiā sic scri-  
 bit philosophorū princeps Aristot. ad Alexandrū ma-  
 gnum ita dicens. O clemens imperator noli te inclina-  
 re ad contum mulierū, quia contus est quædā propri-  
 etas porcorum. Quæ ergo tibi gloria si exerceas uiciū  
 irrationabilium bestiarū & actus brutorū. Vi. deci-  
 mo & ultimo uoluptas carnalis spoliat hominē in q̄ In Moralib.  
 est omnibus bonis & uirtutibus. Vnde Grego. Quali-  
 bet alia fuerint bona opera, si luxuriæ scelus non ab-  
 luitur immēsitare huius criminis obruuntur, quia nil  
 dño gratū fit luxuria maculatā. Item Gregorius. Nul-  
 la sunt cætera si occulta, iudicis oculis castitatis testi-  
 monio non approbantur. Væ ergo illis qui quotidie  
 in dei seruitio se mortificant & nil inde mercedis in ui-  
 ta æterna consequuntur, quia sacrificium eorū & ser-  
 uiciū immūdia luxuriæ pollutū fuit. Hæc luxuria  
 est singularissima filia principis inferni, scilicet Luci-  
 feri & nobilissima. Vnde dicitur q̄ Phinees uirum Israc Nume. 25.  
 litem fornicantē cum filia nobilissimæ principis ma-  
 dianitarum simul cū ipsa interfecit. Princeps Lucifer  
 septem habet filias quæ sunt septem uicia capitalia, sci-  
 licet superbia, auaricia, luxuria, ira, gula, inuidia, ace-  
 dia: has tradidit peccatoribus in coniugium, unus ha-  
 bet unam alias duas, alius omnes. Quanto autem plu-  
 res aliquis habuerit, tanto plus habebit de hæreditate  
 diaboli, id est, de pœnis inferni Vnde beatus Greg. li.  
 xiiij. moral. pertractans illud genes: Pluit dominus  
 V iij super

## SPECVLVM

super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem sic dicit. Quid in sulphure, nisi fetor carnis. Et quid per ignem nisi ardor desiderij carnalis exprimitur. Cum ergo habitantium in Sodomis uel Gomorra carnis scelera decreuisset dominus punire, in ipsa qualitate ultionis notauit maculam criminis. Sulphur quippe fetorem habet, ignis ardorem. Quia itaq; ad peruersa desideria ex carnis fetore arserant, dignum fuit ut simul sulphure & igne perirent, quatinus ex iusta pœna discerent ex iniusto desiderio quid fecissent. Nam per quæ quis peccat in hoc mundo per hæc punietur & in inferno.

*Explicit speculum pœnitentiæ.*

*Incipit speculum agonizantis peccatoris.*

**H**eu heu & plusquam heu me miserum & infelicem peccatorem, qui tot in angustijs & calamitatibus corporis & spūs, me solum reperio & omni humano suffragio destitutum. Nec est ulla creatura sub sole à qua audiam aut credam dolorum meorum qualecunq; sperare reuelamen, attenta calamitate quam in presentiarum perpetior. Parentes siquidem & amici mei carnales, quibus maxime confidebam, idem ipsi per quandam fictam & occultam traditionis speciem, in uanitatibus & ludis ineptis me deduxerunt, & induxerunt in locum horroris & laqueum mortis, qua me nunc obsidet & inuadit, scilicet nec me præuidere docuerunt pntes horrendas misérias, quibus heu nunc totus inuoluor tam corpore quam anima. Insuper & in prædictum laqueum mortis cum eisdem cognatis dietim labebar nec attendebam. Væ uæ mihi misero peccatori quod dum plena incolumitate fruebar, has terribiles angustias & intolerabiles cruciatus non præcogitauī, qui omni mortali caro

tali creature præsertim homini peccatori ineuirabili  
 ter eueniunt, dum mors in soribus est agonizat ueluti  
 heu modo patentur experior. Vtq; hæc merito per  
 cogitasse debueram, nisi mundus & diabolus cordis  
 oculum errorum tenebris obfuscaissent, immo uerius  
 prorsus excæcassent. Si quidem dū adhuc sanus essem  
 et in prosperis mundi totus efflorescerem, mortā semper  
 metuebam, & uir absq; horrore mortis mentionē au-  
 dire poterā, scilicet nec quempiam morientem uidere  
 poteram aut imaginare sine dolore & tremore cordis.  
 Sed heu nunc quasi proditorie inuador & circumual-  
 lor à morte, nec ullum usq; quaq; patet diffugium, qui-  
 nimio tot miseris undiq; circumuallatus suam, quod  
 præter eas nil aliud cogitare possum aut alijs inten-  
 dere. Nihilominus salubre nimis mihi foret & oportu-  
 num saluti animæ meæ uacare quam timeo post bre-  
 ue temporis interuallum ad infernalem descensuram  
 mansionem, cuius horrendam memoriam saltem uni-  
 us horæ morula nunquam hucusq; in mente habui:  
 putans me tempestiue satis id facturum dum mors  
 adesset, finemq; uitæ propinquare perspicerem. Sunt  
 ecce me grauitur errasse euidenter perpendo, cernens  
 me doloribus, pauore, & angoribus, ita circumseptū,  
 quod ad salutaria quæq; intendere mihi non uacat  
 aut delectat, quinimo luce clarior experior quod post  
 ludam amissum nil restat quam ut uadetur. Heu me  
 miserum & infelicem, quod præciosum, temporis ob-  
 animæ salutem procurandam mihi diuinitus collatū,  
 tam ineptè tam uane tam inuuliter erpendi, et ad uanitates  
 cunctaq; salutem meam nociua, eodem quotidie  
 abusus sum, dei sanctæq; matris ecclesiæ præcepta, et  
 monita prorsus paruipendens, atque pro nihilo du-  
 ces uota frangēs pœnitentiā refugies, pmissa soluere  
 nō curās & omnia uetna ppetrās. Quāobrem ab immortalī  
 V iij uerme

## SPECVLVM

uerme propriae conscientiae tam acriter intus corro-  
 dor & comanducor, quod dolor ille omni dolore sauior  
 sua acerbitate sufficiens esset animam a corpore sano ui-  
 olenter auellere, sed & pro pauore eorum quae praedixi, ani-  
 ma adhuc in corpore remanere gestit, sed frustra spe-  
 sua necessario Christum deserere compellitur. Heu heu quod  
 tum a uia salutari quae ducit ad uitam aberravi, quam  
 nimis angustam fore considero, latam autem & spatiosam a  
 multis frequentatam, quae ad interitum tendit & in bara-  
 trum damnationis precipitat, hucusque sum secutus. Vti-  
 nam daretur mihi saltem unica dies temporis hominum, qui il-  
 lud uanum consumunt & inutiliter, deperdunt enim, pro-  
 culdubio mora semota, corde puro & conscientia non  
 ficta de praeteritis delictis ueraciter poenitere, & iterum  
 poenitenda non committere. Sed uideor mihi taliter ad  
 haec ab alijs responderi. Quod sicut ad regimen domus  
 solus denarius argenteus parum conferret ei, qui cum  
 mille aureis illam regere non potuit: pariformiter parum  
 ad salutem procurandum mihi prodesset unica dies poeni-  
 tentiae, qui in centum milibus nihil unquam bonifeci, imo  
 malum omni momento perpetravi. Praeterea dolenti-  
 ter experior & animaduerto quod homini impoenitenti  
 suamque uitam nullatenus emendare curanti, festina mors  
 summum est remedium & salubris medicina. Cui enim  
 breuior uita est minus deterioratur, & pauciora sibi  
 cumulat delicta. Maledicantur itaque falsae deliciae, con-  
 uersatio foeda, inepta solacia, quae quis exiguo tempore du-  
 rauerint, aeterna tamen mihi ingerent tormenta & sine fi-  
 ne duratura. Magna stoliditas est ut uiam longiterra  
 quis concupiscat, si illam in dei seruitio indefinenter non  
 expendat. Heu quod negligenter ista prauidi praeteritis die-  
 bus cum ad honores amores & fauores mundanos tam  
 ardentem aspirarem, qui me nunc in has horrendas angustias

gustias & cruciatus instar cęci deduxerunt. Maledicta sit hora illa qua in hanc lucem prodii, dum propter intensum & excessiuum mundialium amorem, corpus meum in cibum ignis & fauillam æterni incendiij sic delicate nutriui. Deum qui me creauit & perditum redemit perdidit, uitam illam beatam qua sine non clauditur, defectu caret, inuidiam nescit, amissi. Feliciq; omnium supernorum ciuium societate perpetuo sum priuatus, ubi uerus amor & perfecta merita & gaudia singulorum facit communia uniuersorum. Nec immerito, ut clare perspicio, tot bonis destitutus sum, quoniam quidem si breue & exiguum uitę meę tempus in die seruiçio cõsumpsssem, infallibiliter & absq; ulla ambiguitate conscientię, securitatē & animę salutem in pñti æuo accepissem, & in futuro uitã eternam & gloriam sine fine possedissem. Sed nunc procholor ingredior locum tormentorum terribilium et æternalium pœnarum & paulatim desinunt omnium membrorum meorum officia, cunctaq; uires tam animę quam corporis languescunt. In primis lingua mea palato adhærens, loquele usum mihi adimit, quã obrem dolores & angustias cordis explicare non permittor. Oculi gyraunt & rotantur in orbem, uel turgescunt inflanturq; pre dolore, ob cuius uehemētiam nequeunt lachrymari: facies pallescit, color immutatur & glaucescit, nasus constipatur acrucescit, os grauius olet et exarescit, dentes nigrescunt eorumq; iunctura se dissoluit. Labia crepant finduntur & spumant, guttur raucescit, nerui qui in proximo rumpēdi sunt uidendos se monstrant, pectus aridum se subleuat, ut cordi locum tribuat quod ad crepandum festinat. Misera quam caro per omnes meatus sudat, fœtet, seq; cõstringit. Heu q̄ intollerabiles p singula corpis mēbra

## SPECVLVM

sustineo cruciatus nam uenter uacuis & attenuatus  
 dorso fere se sociat. Omnes corporis costæ & ossa ita ut  
 numerari cōmode possent oculis intueri se manife-  
 stant, sanguis aufugit uanę se occultat, crines defluunt,  
 ignis naturalis algescit, deficit sensus, uita declinat. O  
 me infelicē cur in hoc speculo me iugiter nō inspexi  
 & mortis amaritudinē nō precogitavi, & p̄sertim ter-  
 ribiles angustias quę morituros p̄eunt & subsequun-  
 tur: quibus iā circūseptus nullā requiē aut pausam repe-  
 rio, quocūq; me uertero siue in longū exēsus siue in  
 globum collectus, siue supinus iaccā siue resupinus re-  
 cumbem, quin mo ex omni parte corpus paulatim  
 deficiens uelut esca uermiū horrendū ex se gignit pu-  
 torem, quē ego ipse ut cūq; uix sufficio tolerare. Præ-  
 ter hæc corporis mala, quę enumeravi, ipsa etiā ani-  
 ma inestimabiles tollerat angustias, cui dēter confide-  
 rans præterita oblectamenta atq; deliciæ, dicta, uerba,  
 facta & opera, singulasq; cordis cogitationes & uo-  
 luptates tam subito & celeriter euanuisse, uix unius  
 noctis somno æquiparandos fore respectu æternita-  
 tis. Insuper & cuncta opera sua animaduertit iniusta  
 esse & uitiosa, quapropter ab eorum præsentia aufuge-  
 re satagit scilicet ab eis tale recipit respōsum. Tua in-  
 quiunt opera sumus, tuicq; partus quos genuisti. Idcir-  
 co te relinquere non debemus, sed usque ad præsentē  
 diem æquissimi iudicis comitabimur, te grauitè accu-  
 sari, eo quod nemine impellente aut instigante rei-  
 ipsam pluries tetasti & in præcipitia multa sponte  
 corruisti. Referemus, præterea uniuersas circumstan-  
 tias & causas locorū, temporū, personarū, in quibus diui-  
 na mandata contrēnens uisasti. Quodq; sc̄tis inspirati-  
 onib⁹, plerūq; tibi celit⁹ immisissis obtēperare rēnuēs,  
 easdē po. i. impudētē a te fugasti. Vḡ mihi misero &

infe

infelici pectōri cui ex omni parte intrus & foris multipli  
 cant mala. crescit afflictio, sed nō immerito, utpote q  
 cōtra dictamē a gratis & iustitiā, cōtra remorsum &  
 uermiculum conscientie in baratrū damnationis me  
 ipsum præcipitavi, & q̄m in me fuit spūs sancto bel  
 lna iruli, diuinæ gratiæ ingratus extiti, notitiā lumen  
 extinxi. Angelo sc̄ō qui mihi in custodiam & directo  
 rem deputatus fuerat inobedienter restiti. Monita q̄  
 que & correptiones iustorum qui a uia nequitiae me  
 trahere, & ad salutaria dirigere conabantur audire  
 contempsi. Proch dolor quanto studiosius hos acer  
 bissimos cordis dolores obliuisci & effugere desidero,  
 tanto attentius obrutibus meis semet obijciunt. Et ut  
 singula notanter explicem mala quæ patior, undique  
 per circuitum circunvallant me angeli tenebrarū ho  
 stes implacabiles, qui gestibus suis & clamoribus ter  
 ribilibus & inconditis mihi minantur ut deuorent,  
 ac uiuum absorbeant. Habent siquidem facies tam fœ  
 das & horribiles adeo q̄ solus eorum aspectus suffice  
 ret amentiam mihi pariter & desperationē incurrere,  
 & animam a corpore separare. Ex altera deniq; parte  
 eminus astare conspicio custodē mihi deputatū ange  
 lum bonū, mœstū & lugubrem, cuius qm̄ suasionibus  
 & cōsiliis ac monitis obtēperare contēpsi ad succur  
 sum meū lente se disponit, quinimo a tartareis legio  
 nib⁹, quorū dum sospitate truerer corporali beneplac  
 itis deseruiui, me iure deprehendi pmittit & imma  
 niter cōrrectari atq; discerpi. Esursum uero iudicem  
 meū æq̄simū, & infallibilē inspicio terribilē nimis ad  
 instar furiosi cuiuspiā ac rapidi uiri stantē, q̄ ex uultu  
 suo iracūdo minis & minaci quem sic aspicere uniuersas  
 mūdi pœnalitates exuperat patēter oñdit ingentē  
 furo, rēque ergo me miserū concepit. Et reuera tanto

## SPECVLVM

nunc mihi terribiliorem se monstrat, quanto conuer-  
 sionem meam noxijs excessibus pauloante misericordi-  
 us expectabat. Ach quae seuera in oibus mora & appella-  
 tione temotis a domino praestolor condemnationis senten-  
 tiam, qui ob mei conuersionem & emendationem tot mi-  
 hi dies & horas misericorditer indulfit, sed cum de die  
 in diem poenitendi propositum protrahere, nihil boni  
 peregi, sed in uitis prorsus emarcui. Nunc ecce tantis  
 me calamitatibus obsitum conperio, quod nec enumerare quae-  
 dem ipsemet sufficio. Sententiam quippe illam tam aspe-  
 ram scio me sustinere non posse, quam tamen iuxta  
 diuinum decretum praestolari me oportet. Nec est remedi-  
 um in contrarium. Ad cuius quidem executionem senten-  
 tia tartareos illos satellites ac lictores immites & im-  
 misericordes praeparatos cerno, qui mihi manus praee-  
 bent ut ad ollas sulphureas aeternaliter arsurum me se-  
 cum traducant. Praeterea subtus me patentibus ocu-  
 lis ac lucide contemplor loca infernalium & collegas tam  
 terrificas, domumque horroris & importabilis terro-  
 ris, cuius sunt tenebrae tam densae ut & manibus apte  
 palpari & tractari ualeant. Ignis sine flamma ac cla-  
 ritate splendore, foetor omnium sulphure & fumeo odo-  
 re pestilentior, dolor ad instar parturientium & absque  
 cessatione uel pausa qualicumque Rugitus & clamores  
 necnon suspiria omnium magni uigoris, ut & lachryman-  
 di auferant memoriam pariter & desiderium. Poenitentia  
 tes & miseriae tam graues, ut per singula momenta se  
 re hominem mori cogant, qui tamen mori non ualeat.  
 mors quoque in desiderio est & uenire conuenit. Illic  
 ob intolerabiles cruciatum audio plerisque deum blasphemantes,  
 deierantes ac maledicentes. Ibi quoque patenter  
 consoicio uniuersumque damnatum odire suum proximum  
 uelut hostem capitalem, eisque maledicere, mala impre-  
 cari

eari & absq; causa molestare, & idcirco de die in diem  
noui sibi inferuntur cruciatus. Illuc insuper planè co-  
gnosco eos qui mecum paulo ante deliquerunt, & do-  
minica mandata uiolauerunt, scienter expectantes ut  
quæ pridem habuerunt conscium in delictis, iam se-  
cū habeant sodalem & participē in pœnis & sulphure  
in flammis. Iacent illic miseri inter aspides, serpētes  
& drācones & similes bestias uirulentas, quarū p̄ mul-  
titudine non est numerus. Ibi desideratur mors, quæ  
eibus est ipsis immortalis, qui tamen moriuntur sine  
morte & cruciantur sine fine. Heu q̄ horribilis est illie  
mansio mihi in iq; similibus sceleratis deputata ac p̄-  
parata, cuius etiam memoriā & cruciatus præcogita-  
tio in immensum meos augent dolores, calamitates  
& miseras. Pereat dies in qua natus sum. Maledicta  
sit hora qua de matris utero in lucem hanc prodii, cū  
tantiis angustis & mœroribus implicitum de hac uitā  
migrare cōpellor. Heu me infelicem cur talia & his si-  
milia non præcogitauī, uel in animo reuolui dū ple-  
na corporis sospirate gauderem, & pœnitēdi spatium  
mihi fuerat benignè concessum. Iam utiq; si hoc fecis-  
sem tam securus essem de æterna felicitate captanda,  
quā heu in p̄sentiarum indubitanter infernales cru-  
ciatus postmodū suscepturus in perpetuum duratu-  
ros. Maledicta sis infelix anima mea quæ ad pœnales  
illas migrabis mansiones, ubi quoq; corpus quod tibi  
socium habuisti in deliciis, simul & pertrahes in inter-  
minabilibus flammis. O si possem explere cordis meū  
desiderium, uellem certe q̄ nūquā natus fuisset. Nec  
enim tantas calamitates iam incurrerem, quas euade-  
re nullatenus p̄ualeo. O rupes arduæ & montes excel-  
si, cadite super me, & colles cooperite me, ne uultum  
illum irati contra me iudicis si fas est aspiciam. Insup  
precor

precor occidite me ut pœnas illas horrendas nō aspiciā, quas mihi paratas uideo sursum & deorsum, anteriorum & retrorsum, dextrorsum quoq; & sinistrorsum. Siquidem tam graues & tam terribiles hæc sunt, ut si liceret & permitteret certe in desperationem caederem labiq; in eam totis uiribus optarem. Heu q̄ intolerabiles ingerunt mihi cruciatus carnales deliciae, uestes preciosæ, nec non superbia cordis ignominiosa & fœda. Nō immerito carnem meam putridam tam delicatē nutrire & impinguare debui, quæ non erat nisi saccus stercoreum ac cibus uermium nec non immundorum spirituum, animæ autem salutem postponere ac deferere, quæ sanctorum angelorum manibus, & beatorum spirituum ministerio, suo & omnium rerum plasmatori presentari debuerat, qui suo preciosissimo eam sanguine de potestate dæmonū redemit, mortem quoq; pro eadem suscipere non dubitauit. O munde imō immunde nō ab re te cogor exosum habere, qui ut tibi complacerē iam illis displicio qui merito ultra omnem mundi creaturam, aut quod credi potest si eis obtemperare uoluissē pro me dilexissē, & nunc heu pro tali ministerio æternos suscipio pro mercede cruciatus. Vos item alioq; parentes & affines, quos profecto si ut nunc sic & tūc cognouissē, nunq̄ uobis tantam fidē iam adhibuissē, nec uestris suasionibus & consilijs acquieuissem, quāmo creatori meo ac recreatori deseruire & cōplacere studuissem, qui suis contemptoribus tam terribilis & seuerus existere non dubitat. Sed nimis fera est ista querela, frustra quoq; a nūm̄um mouentur hī fletus & suspiria ad nihilum profutura, cum sine remedio in graui corporis & animæ calamitate, à presentī cōpellor seculo migrare, & ad infernalīa & tenebrarū

In aërea loca æternaliter cruciandus transire, ubi est fle-  
 tus & stridor dæmonum, pœna sine termino, & acerbitas  
 sine meta. Vnum tamen suadeo & consilium salubre  
 uniuerfis qui fiebilem hanc audire quarimoniam &  
 similem forsitan præsolantur aduentum, pro nunc  
 in testamentum trado, quatenus perpetrata facinora  
 omni mora postposita deserant, quæ sic hominem fi-  
 naliter in tartara præcipitant: propriam autem con-  
 scientiam ueris pœnitentiæ lamentis ac contritione  
 mundare studeant, salubrem uiuendi uiam arripiant,  
 ut & in summa melius quàm ego mori condiscant.  
 Nam felix quem faciunt aliena pericula cautum. Bos  
 etius: Tempus siquidem præsens ad instar umbræ so-  
 laris breuissimum est. Nemo quoque an etiam cras su-  
 peruiuere debeat securus esse potest. Nihilominus in  
 hac temporis breuitate, ualeat homo æterna sibi gau-  
 dia promereri, aut certè æterna si uelit supplicia pro-  
 curare, quæ aut mundi constitutionem ambo iux-  
 ta meritorum diuersitatem cunctis sunt uiuen-  
 tibus præparata. Quisquis igitur rationis ca-  
 pax quantum saluti suæ congruere iudi-  
 cauerit in hoc speculo semet assidue  
 contempletur. Finè quæso bo-  
 nū, cui nullum præfero do-  
 num. In mūdi rebus da  
 mihi celsè deus.

FINIS.

